



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Petrus Adolescentulus martyr 15. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

MARTYRIVM S. PETRI ADOLESCEN[·]
tuli 15. Maij. Sur. Tom. 3.

A Duersis Ecclesiæ temporibus, cum totus orbis beatissimo martyrum sanguine floreret, apud Lampsacum comprehensus fuit Petrus quidam, egregiè fortis in fide, animoq; & corpore speciosus. Cumq; oblatus esset proconsuli, ait ad eum proconsul. *Fortitudo animi.* Quis vocaris? Ille respondit: Petrus. Cui proconsul: Christianus es? Plane Christianus, inquit, ego sum. Mox subiecit proconsul: Nō tibi venit in mentem, quæ decreta sanxerint inuictissimi principes? Sacrifica igitur magna deæ Veneri. At ille, Demiror, inquit, optime Proconsul te mihi id persuadere velle, ut turpissimæ & impudicæ mulieri sacrificem, cuius res gestæ non possunt sine verecundia commemorari, cuius historia quæ apud vos est eius arguit impudicitiam. Quam cum vos publicū fuisse scortum non negetis, qua obsecro vel fronte vel mente, eam me adorare, eiq; sacrificium facere compellitis, & non potius suasores & autores mihi estis, vt Deo viuo & vero, Christo regi omnium sæculorum, sanctorum precum & laudis offeram sacrificia? Audiens hæc Proconsul iussit adolescentulum in rotis extendi, & lignis in orbem circumpositis, ferreis vinculis totum corpus eius adstringi. Inde autem consecuta est corporis contritio & conquassatio, ossiumq; dira comminatio. Sed quanto maioribus Dei seruus afficitur

Chri-
das:&
lij lo-
e mo-
nglo-
ancra-
ne Im-
anno-
us sen-
m no-
telli-
prin-
Por-
ani &
rcere
upris
i non
pe sit
s elle
erte-
n de-
ple-
uero
ncra-
outa-
d

AR.

batur tormentis, tanto robustior existebat.
Itaq; constanti & intrepido vultu, ridens Pro-
consulis stultitiam & suspiciens ad cælum ita
- ait: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quod
hanc mihi dare dignatus es tolerantiam, vt
- possim superare iniquissimum hunc tyran-
num. Ut vero vidit proconsul eum inuita es-
se animi constantia, nullisq; licet immanibus
cedere aut succumbere cruciamentis, iussit e-
um gladio percuti. Atq; ita Petrus corporeis
laxatus vinculis, ex his tenebris in lucem illam
gloriosus martyr excessit.

EXEMPLVM S. PETRI DE MORONO,
qui Summus Pontifex creatus dictus est Cale-
stinus V. 19 Maij. Surius

Tom. 3.

PETRUS vir eximia virtute in Aprutijs in
partibus Italæ natus, spiritu quam carne;
& animo quam origine nobilior, patrem ha-
buit Angelerium, qui ex Maria coniuge sua in-
star Patriarchæ Iacob, filijs duodecim à Deo
ditatus, parem cum sancto Patriarcha Deo ser-
uitutem exhibete studebat. Vacabat sedulo
pietatis operibus, & quantum per facultates li-
cebat, curandis pauperibus assiduo operam
dabat, Deoque, vt de data sibi prole vnum
quempiam diuino seruitio dignum deligeret,
continuis spirijs & orationibus vterq; sup-
plicabat. Neq; spe sua fuere frustrati. Nam ex
duodecim fratribus velut alterum Ioseph à
Deo